



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 37. S. Chrysostomus Constantinopoli abire cogitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V. fofstomum fecurum præftarent, in excu
A.C. 404. bias fe partiebantur.

§. XXXVII.

*S. Chryfoftomus Constantinopoli abin
 cogitur.*

Pall. p. 88. Quinta die poft Pentecofteen, quod Fe
 ftum hoc anno 404. in quintam Jo
 nii inciderat, Acacius, Severianus, &
 Cyrinus, ad alloquium Imperatoris ad
 mitti petierunt, & dixerunt: *facies Do
 mine! quod lubet; verum jam pridem
 tibi diximus, nos Depofitionem Joannis*
p. 89. *in animas noftras recepiffe. Æquum non
 eft, nos omnes perditos velle, ut uni con
 parcatur. Imperator, miffio ad Joannem
 Patricio Notario, nunciari jubet, ut e
 Deo commendaret, & ab Ecclefia difce
 deret. S. Joannes audito mandato, quod
 fibi adeo fevere indicabatur, de Domo
 Epifcopali cum Epifcopis, Amicis fuis,
 descendit, (*) dicens: *venite, oremus, &
 bujus**

(*) Cum hac S. Chryfoftomi Relegatione
 quandam affinitatem habet, quod in Francia ini
 tio anni 1758. actum, dum Rex Ludovicus XV.
 Archiepifcopum Parifiensem, Chriftophorum de
 Beaumont, Sarlatum in Provincia Petricorienfi
 oppidum, quinquaginta a Diœcefi Parifiensi millia
 ria diffitum in Exilium mifit. Obediit Archie
 pifcopus, & conftitutis Vicariis, qui abfentis no
 mine

bujus Ecclesiae Angelo Custodi valedica- Sæculum V.
mus! hæc loquentem vir magnæ Auctori- A.C. 404.
tatis, & timens Deum, qui Parti saniori ad-
hærebat, monet: Lucius, cujus proter-
viam non ignoras, in thermis cum militi-
bus, quibus imperat, latet, te vi abstractu-
rus, si resistis, aut obedire cunctaris. Tota

U 4

com-

mine Diœcesin regerent, a Prætorianis militibus quatuor, quos nigros Musquetarios vocant, & Præfecto eorum in locum exilii deductus est. Præter antiquiores novam Regi irascendi causam præbuit, quod Moniales Hospitalarias in suburbiis Parisiorum Interdicto liberare noluerit. Jam anno 1756. Archiepiscopus Instructionem Pastoralem ediderat, quæ Regi, & multominus Curia Parisiensi placere non potuit. In hac Num. 5. dicit: *Hæc Tribunalia Sæcularia sub Prætextu conservandæ Pacis publicæ, impediendæque Turbationis Civilis insurrexerunt contra Authoritatem, & infallibilitatem Dogmaticorum Judiciorum Ecclesiæ &c.*

Rex Franciæ anno 1754. 2. Sept. edita Lege omnibus, & singulis circa Bullam *Unigenitus* Silentium strictissimum imperaverat. Archiepiscopus in sua Instructione Num. 75. postquam de Constantii Heraclii Nepotis vulgato Typo mentionem fecit, dicit: *verum Sancta Sponsa Jesu Christi, Prædicatione Verbi Divini nata, nunquam se submittit silentio, ex quo alterari possent sua principia, & Dogmata. &c.* Num. 100. dicit: *Igitur juxta hanc Legem Judex Laicus cognoscere nequit, nisi in casu Appellationis de Abusu.*

Sæculum V. *commota est Civitas. Exi ergo celeriter*
A.C. 404. *& secreto, ne, si differas, cives, & milites manus inimicas conferant.* Tum Chrysostomus aliquibus Episcoporum ultimum vale dixit, osculum pacis infigens inter lacrymas, nam singulos amplectendi vires non erant, & ad alios in Sanctuario: *manete hic, aliquantisper acquiescam.*

Ingressus est Baptisterium, atque Olympiade, quæ Ecclesia pedem non efferebat, Pentadia, & Procla, Diaconissæ, & Silvina Nebridii vidua, & Gildonis filia ad se vocatis, ait: *venite filiæ, audite me! si bene conjicio, prope est finis meum.*
Absolvi cursum meum, & forte non amplius

Abusu. Num. 146. dicit; Adversarios Bullæ *Unigenitus* 5. Propositiones Jansenii non damnare.

Ceterum ultimarum Turbarum occasio in Gallia fuit, quod Archiepiscopus Parisiensis, & alii alii Episcopi quibusdam Bullæ *Unigenitus* aperte Refractariis in Articulo mortis Sacramenta administrari vetuerint. Summus Pontifex anno 1756. Breve Apostolicum edidit de obligatione denegandi Sacramenta detrectantibus Bullam *Unigenitus* acceptare. Sed hæc de Turbis Galliarum Ecclesiasticis Materia abstrusior est, quam ut in angustiis unius Annotationis explicetur. His tenebris plurimam lucem affundit dicta Instructio Pastoralis, sermone gallico vulgata, & a Viro Celebris in Latinum anno 1757. translata.

plius videbitis faciem meam. Hoc unum Sæculum V.
A.C. 404.
a vobis peto, ut Pietas vestra in Eccle-
siam nunquam algere incipiat, & post-
quam aliquis, qui non ambierit, & relu-
ctans, omnium consensu ordinatus fuerit,
coram eo, sicut coram me adsuevistis, ca-
pita inclinetis; nam Ecclesia absque Epis-
copo esse non potest. Et sicut vultis, ut
Deus vestri misereatur, etiam mei in ve-
stris precibus mementote. Ipsæ ad ejus pe-
des prostratæ, lacrymis difflebant. Tum
signo uni ex prudentioribus Presbyteris
dato dixit: *abducito eas hinc, ne populum
commoveant.* Fæminis utcunque silenti-
bus, ipse per ostium, quod ad Orientem
spectabat, egreditur, dum interim, ut
jusserat, sub principe Ecclesiæ porta ad-
motus equus sessorem expectat, ut sic
populum ibi congregatum falleret. Na-
vigium ingressus, in Bithyniam delatus
est. Mater S. Joannis adhuc superstes Chrys. ep.
137.
magna constantia hortabatur, ut potius
fugeret, quam quidquam sua virtute in-
dignum admitteret.

S. Chrysostomo discedente, subito Pall. p. 91.
flamma in Ecclesia, & Cathedra, ubi se-
dere, & ad populum dicere solitus fue-
rat, conspicitur. Inde ignis ad tectum
attollitur, & intus natus ad partes exte-
riores pervadit. Tota Ecclesia cum ædi-
ficiis ad eam pertinentibus consumpta, p. 92.
excepto parvo Sacratio, in quo vasa Sa-

U s cra

Sæculum V.

A. C. 404.

Incendium.

cra custodiebantur, quodque prodigium servatum videbatur, ne S. Chrysostomus inimici eum vasa illa abstulisse accusarent. Ab Ecclesia flammæ, valido vento septentrionali propellente, sine populi læsione in pontis ignei figura per aream delatæ, corripuere Palatium, ubi Senatores congregabantur, e regione ad meridiem positum. Hujus tamen Palatii non illud latus, quod Ecclesiam respiciebat, ardere cœpit, sed pars illa, quæ Cæsaream Regiam spectabat, ubi illa domus Senatoriæ jungebatur. Tribus horis a Sexta usque Nonam sæviit incendium & integrum ædificium in cineres redactum. Toto autem tempore, quo grassata sunt flammæ, a præcedente vespere nemo hominum, & ne quidem brutum periit.

*Socr. VI.**hist. c. 18.**Soz. VIII.**c. 22.**Zosim. lib. 5.**p. 801.**Marcell.**Chr. an. 404.**Chr. Pasch.**an. 404.*

Catholici hunc eventum crediderunt prodigiosum, & divinæ vindictæ effectum. Aliqui eorum Schismaticos accusabant, & dicebant, eos unacum Ecclesia populum, qui intus erat, voluisse concremare. Contra Schismatici, & ab ipsis inducti Pagani, tanti facinoris Catholicos insimularunt, dicentes, ipsos nefando scelere ignem Ecclesiæ subjecisse, ne quis Episcopo Joanni se successisse gloriaretur. At hujus incendii Auctor nunquam in lucem produci potuit. Id die Lunæ vigesima Junii Honorio, & Aristene.

ristenete Consulibus, id est, anno 404. Sæculum V.
A. C. 404.
exortum.

Interim Præfecti milites S. Joannem Chrysostomum & duos Episcopos Cyriacum Emesenum, atque Eulysium Bostrensem in Bithynia captivos tenebant, & pœnas ob incensam Ecclesiam minabantur. Cyriacus deinde & Eulysius Constantinopolim reducti cum aliis Clericis, infantes inventi sunt, & e carcere dimissi, at nihilominus in exilium migrare compulsi. S. Chrysostomus cum arte custodiretur, petiit a persecutoribus suis, ut saltem super articulo de incendio Ecclesiæ, in quo accusabatur, audiretur; verum nec super isto nec super aliis auditus sub custodia Cucusam in Armeniam mittitur. Pall. p. 93.
p. 194.

§. XXXVIII.

SS. Eutropii, & Tigrii Martyrium.

Constantinopoli Præfectus, Gentilis, & Soz. VIII.
c. 24.
Pall. p. 197.
Christianorum hostis, S. Chrysostomi amicos tanquam incendii reos diris tormentis affecit. Ut exprimerent, quis incendii Auctor fuisset, equuleo impo-
suerunt Eutropium Lectorem, & Cantorem, Juvenem delicatum, quem virgineus pudor commendabat. Hunc igne admoto torquent, crudis loris, & fustibus percutiunt, latera unguibus ferreis dilacerant, genas quoque, & frontem
laniant,